



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

20. Concilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

ptos dimitte[n]te vxorem ob fornicationē no-
toriam. Secus dicendum, si sententia non præ-
cedat, & dum fornicator est nouitius, vel cum
solis Ordinibus minoribus, vel cum solo vo-
to castitatis. Attamen non tenebitur redire, si
fornicatio acciderit post sententiam, & ante
mutationem status: & non est restituendus v-
xori. Innocens tamen postea adulterans po-
test repetere prius adulterantem, vt sibi re-
concilietur, *ib. nu. 34. 35. & 36.*

4 Compensatio non datur inter adulteriū
carnale vnius coniugis, & spirituale alterius,
quoad diuortium, nec inter spirituale vtrius-
que coniugis, *l. 10. disp. 16. nu. 3. & 4.*

Concilium.

1 Concilium negans in aliquo casu dispen-
sationem, si Pontifex dispenset absque causa
nova vrgentissima, peccat mortaliter, sed te-
net dispensatio, *lib. 3. disp. 45. nu. 3.*

2 Concilio potest derogari sine specifica
mentionē, quando in casu speciali contra
Concilij decretum dispensatur, *lib. 8. disp. 35.
nu. 17.*

Conditio.

1 Conditio dotis soluendæ non censetur
remissa per copulam habitam post sponsalia,
quoad solutionem dotis. Secus, quoad expe-
ctationem euentus conditionis ad purifi can-
dum matrimonium, *lib. 1. disp. 26. num. 13.*

2 Conditio obligans ad nuptias, & eas pro-
hibens, & aliæ, quas iure reijcit, reijciuntur
etiam